

Antennæq; cadunt; cadunt rudentes,
It cœlo, licet ignibus minetur
Iram, luctifonus fragor; virorum
Clamor flebilis; atq; murmur vndæ;
Talis, diffugiente noctis atra
Nube, cum freta ponit Adriæ ille
Arbiter, lacerisq; cum tabellis
Heu! vix vnus & alter occuparit
Littus tum prece, tum labore multo;
Donaritq; salo uvidam lacernam
Suspensam maris incolis, quieti
Vt portus paries sacer quibusvis
Narret gaudia, gratulationes,
Superbosq; tripudij triumphos,
It cœlo juvenum senumq; clamor.
Rectè. Dissimili ergo nos amici
Fallunt iudicio, quod ominantis
Faustè verba animi bona ore fundunt,
Quando nascimur, & movent querelas
Multis cum lachrymis, nouoq; semper
Luctu, sicubi Parca fila vitæ
Occat. Hoc cine nosse dedecebat?
TENET NAVFRAGA VITA MORTE
PORTVM.

Simon Landgravius D.